

3101

LITURGICI.

3102

Antiphonas et Sacrum de B. V. complexi occupant. In *Sacro Hymnus angelicus Gloria in excelsis* &c. ita in laudem Deiparae interpolatus est, ut exhibet *Card. Job. Bona Rer. Liturg. L. II. C. 4. n. 6.*

DCCCLXVII.

337 Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. 36. f. luculente exa-

*Oramus domine conditor inclite
Deutos famulos respice protege
Ne nos liuor edax demonis obruat
Demergat uel in inferos &c.*

III. *Missam de Venerabili Sacramento.* IV. *Exequias mortuorum que fiunt finita missa ad sepeliendum funus.* Omnia haec modulis *Musicis adstricta.*

DCCCLXVIII.

338 Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. 38. f. eodem modo, ut superior, exaratus eadem quoque continet. Accedunt tamen in fine *Inicia quatuor ewangelistarum*, hoc ordine: *Jobannis. Statio ad orientem. Lucae. Statio ad meridiem. Matthaei. Statio ad occidentem. Marci. Statio ad aquilonem.* Atque haec Anno 1506. *adscripta sunt.*

DCCCLXIX.

665 Codex chartaceus lat. Sec. XVI. Folior. 36. 4. ita in Fronte inscriptus est: *Hystorie Patronorum terre Bobemie. I. De vidu-*

ratus *Liturgicus* est continens: I. *Matutinum et laudes pro Defunctis*, ubi *Leſtio IX.* non e *L. Job*, ut hodie, sumta est, sed e *I. ad Corinth. C. 15.* Sicut portauimus *ymaginem terreni* &c. II. *Missam pro Defunctis*, in qua *sub eleuatione* cantatur *ymnus* qui incipit:

is. 2. De Sancta Ludmilla. 3. De eius translacione. 4. De Sancto Adalberto episcopo et martire. 5. De Sancto Sigismundo Rege et martire. 6. De Quinque fratribus martiribus. 7. De Sancto Wenczeslao martire. 8. De eius translatione. 9. De Sancto Procopio confessore. 10. De Sanctis Cirillo et Methudio confessoribus. 11. De Sancto Stanislao martire et episcopo. De Sancta Hedwige Oratio cum Historia. De Sancto Longino Martire. His subditur: Scripte per fratrem Matheum Lectorem Theologie Sacre prage Anno 1522. existente scilicet ludobico rege prage et sua Regina Maria (Maximiliani I. Imp. Nepte) perinclita. Que illo anno coronata fuit dominica post ascensionis domini, Me uero (quod aequae notandum) laborante podagra grauiter. Laus deo. Item: Pro Valetate ab eodem Lectore patri Reuerendo priori donato brencz eiusdem ordinis in praga dimissus, videli-

3103

C O D I C E S

3104

delicet Libellus. Sequuntur itaque Officia propria Chori de Praedictis, omiffis folis Pfalmis, qui tamen indicantur. Lectiones quaedam comparatae cum *Breviarii Pragensis* edit. *Norimb.* 1502. f. ut rebus congruant, dictione tamen differunt. Breviarium *impresum* tacet annum adventus *Cyrilli* et *Metbudii*, et mox Corpus S. *Clementis* a *Cyrillo* ex insula *Trifola* adportatum ait. *Msptum* annum *oētingentesimum septimum* memorat, et infulam paullo rectius *Cerfonam* adpellat &c. Adduntur ad calcem in Titulo non expressae *Orationes* pro Missa *De Sancto Anthonino Confessore* atque *Pontifice 1523.* *Canonisato prima die Maij*, qui cum Ord. Praed. fuerit, *Matthaeum* quoque Scriptorem nostrum ad hunc ordinem congrue referemus.

DCCCLXX.

968 Codex membraneus lat. Sec. XIV. exeuntis Folior. nunc 209. 8. bene scriptus, literis initiorum, et marginibus omnibus deauratis, depictisque, et Iconibus grandioribus XXX. admodum speciosus ornatus *Horarium* est, ad usum quondam *Margaretae* ultimae Comitatum *Flandriae* et *Burgundiae* Heredis nuptae *Pbilippo Audaci* Duci *Burgundiae*, et e vivis sublatae a. 1405. ut non solum effigies ejus fol. 8. ante B. V. *Mariam* flexis genibus cum *Gynaeeo* precantis adpicto *Leone Flandrico* testatur, verum etiam *Nota* gemina thecae posticae

lingua gallica inscripta, quarum prior anni 1600. addit: *Codicem* tunc censuisse *folia* 262. *figuras* 34. altera vero anni 1679. manu *G. van Harlinghen* Secretarii Reg. fidem facit de nova ejusdem compactura, eumque commendat *pour auoir seruy a vne si noble dame alliée a nos premiers Princes et Ducques de Bourgoigne Philippe le Hardy.* Unde et *Bruxellis* ad nos adlatus est, ut alia *Nota* in adjecto *fol.* habet, scripta 16. Dec. 1722. *Calendarium* praevisum *gallice* scriptum duobus primis Mensibus multatum est, item *Majo*, *Junio*, et *Decembri.* In sequentibus *Gregorius M.* *Ambrosius*, *Margarita*, *Franciscus*, *Dionysius*, *Ivo* et *Clemens* auro praefulgent. Sequuntur *Orationes* quaedam, *Initia IV.* *Evangeliorum*, *Horae* de *Beata*, de *Cruce*, *Psalmi de Poenitentia* cum *Litanis OO. SS.* truncatis, *Officium* pro *Defunctis*, *Commemorationes* variorum *SS.* quos inter *Julianus*, *Matburinus*, *Guido*, atque in his *Codex* ita abrumpitur, ut etiam per decursum folia quaedam desiderentur.

DCCCLXXI.

Codex membraneus lat. gall. 496 Sec. XIV. exeuntis, Folior. nunc 238. 4. *Horarium* est exquisitissimo *Artis* cum *graphicae* tum *pictoriae* adparatu perfectum; praeter *Literas* enim initiorum et *margines* omnes auro coloribusque illustres, *picturasque* minores *plane* multas, *Iconibus* superbit XXV.